ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 1053

Ijsewijn

Lovanio, 15 gennaio 1973

Curia Generalizia - Roma

KATHOLIEKE UNIVERSITEIT
LEUVEN

SEMINARIUM PHILOLOGIAE
HUMANISTICAE
LEOPOLDSTRAAT 32
B-3000 LEUVEN (BELGIE)

Lovanii, die 15a januarii 1973

Carissime Pater,

Tardius quam decet tibi misi vota mea in annum novum. At paulo post Natalem laborare coepi febri et tussi influentiali itaque factum est ut ipse nihil fecerim scripserimve, magnus autem epistularum aliarumque rerum acervus in mensa mea accumularetur. Postea incassum luctatus sum ut ex eo acervo emergerem. Non valui...

Gaudeo quod Amstelodamum cum discipulis venturus sis. Erit conventus maximi momenti et, credo, Latinitati maxime utilis. Venient viri et mulieres non tantum ex Europa, sed etiam Americani, Columbiani, Hawaienses, Australiani. Neque academia tantum Amstelodamensis nos excipiet, sed etiam Leidensis.

Interim optime valere te iubeo in totum annum,

t.t.

P.S. Acta Lovaniensia (sub prelo) petas a: Wilhelm Fink Verlag, D-8 MÜNCHEN 40, Nikolaistrasse 2, Germania (DBR)